


41, 11
186



Theses Iuridica

**EX TITVLO I.
LIBRI 29. ff. TIT. 21. LIB.**

6. Cod. Et ex titulo II. Libro 3. In-
stitut. De Militari testamento,
desumpta.

*QVAS DIVINA ADIV-
VANTE GRATIA, SVB NOBI-
LIS ET CLARISSIMI VIRI D. HEN-
RICI CANISII. I. V. D. & in inchyta
Ingolstadiensis Academia SS. Canonum Pro-
fessoris ordinarij praesidio, defendere
conabitur in eiusdem Col-
legio.*

**M. GEORGIUS à ME-
SCHEDE Westphal.**


Die Mensis Decembris,

INGOLSTADII,

Ex Officina WOLFGANGI EDERI.

ANNO M. D. XCIII.





Theses Iuridicae.
**DE MILITARI TE-
 STAMENTO.**

THESIS PRIMA.

TESTAMENTVM militare est militis dere-
 bus suis quolibet modo expressa voluntas
 ac dispositio vltima: siue ea scripto, siue sola
 voce concepta sit.

*Tit. Instur. de mil. testam. in prin. vers. quoque enim mo-
 do. & §. plac. eod. tit.*

II.

Hoc enim testamentum, si de militis voluntate legiti-
 mè constet *a* validum est: Licet diligens illa observatio,
 quæ in paganorum testamentis requiritur, non sit adhi-
 bita. *b*

a L. Lucius 40. post princ. ff. de milit. test. *b* d. tit. Instur. in princ. Et l. mili-
 res 15. C. de milit. testam.

III.

VT autem magis perspicua sit definitio, & natura huius
 testamenti, iura eius propria & singularia separatim anno-
 tabimus.

L. 2 ff. h. t.

IV.

Ac in primis miles plura testamenta valida condere po-
 test, nec superius rumpitur per inferius, adè vt in vno de
 Ca-

Castrensibus, in altero de paganis bonis rectè testetur. *a*
 Contra observatur in pagano. *b*

a L. si certarum 17. §. Iulianus & l. querebatur 19. ff. h. t. *b* §. posteriore Inst.
 quibus mod. test. infirm. & L. sancimus. C. de testam.

V.

POTES T & de Castrensibus solis testari, omiſſis pagani-
 cis rebus & è contr *a* atq; in illis hæredem alterum, alterū
 in his instituere. *b* Neque hac specie portio deficiens non
 deficienti accreſcit, & sed ad legitimos hæredes deuolui-
 tur: Contra in pagano.

a L. si miles in fin. 6. ff. h. t. *b* L. si certarum 17. eod. c. l. i. c. hoc. tit. l. si duo-
 bus. 37. ff. h. t. Lex militari 11. ff. h. t. d. L. ius nostrum. 7. ff. de R. t.

VI.

VBI tamen vnus pars æri alieno, quod ex eadem causa
 pendet, non sufficit. Et propter hoc, is qui ex parte hæres in-
 stitutus est, non adierit, alter hæres vel totam hæreditatem
 defendere, vel creditoribus relinquere compellitur. *a* Ne
 scilicet priuilegium militi indultū, creditoribus noceat. *b*

a d. §. Iulianus. *b* arg. L. cum filiusfam. 29. ff. eod. tit.

VII.

PERMISSVM est militi, vt & Casum hæredem facere
 possit, vsque ad 10. annos: Seium ad alios 10. Marium ad re-
 liquum sue vitæ tempus. *a* Quin & vnum solum ex fundo
 heredem rectè scribit, vt ita quoad residuum patrimonij in-
 testatus decedat. Contra in pagano.

a L. certus 8. c. h. t. l. in fraudem. 15. §. miles, & l. miles 41. ff. eod. *b* l. si miles
 6. ff. h. t. c. §. hæres instit. de hæred. instit. l. hæreditas 34. ff. de hæred. instit. l. h. t.
 ff. eod. tit.

VIII.

SE D fingamus militem qui destinauerit communi iure
 testari, ante defecisse, quàm testaretur, vel etiam ante mili-
 tiam testatum esse, sed non iure, an hoc testamentum iure
 militiæ sustineri possit? Et putamus priori casu testamen-
 tum subsistere; Neque enim, vt inquit Vlp. *a* Qui voluit

iure communi testari, statim beneficio militari renunciat. Altero vero non, nisi tabulas inciderit & legerit testamentum, aut aliquid interleuerit produxerit, adiecerit, emendauerit, vel alio indicio quasi repetierit voluntatem suam. *b*

a l. 3. ff. eod. b l. tributus 21. §. 1. ff. eod. & §. sed & si quis instit. eod.

IX.

Hinc quoq; militis testamentum, si Notarius scribere coeperit, & antequam literis perscriberet, miles vita functus sit, valere constat. Militibus enim quoquo modo velint & quoquo modo possint, testamentum facere concessum est ex Pauli responso. *l. Lucius. 40. in prin. ff. b. 2.*

X.

Quid si miles prætereat filium natum vel posthumum non infirmari aut rumpi testamentum credimus, *a* si licens eos præterierit, secus si ignorans. *b*

a l. militis 36. §. miles in scripturis. b l. si cum 20. & l. sicut 9. C. eod. ratio est in §. sed si expeditione instit. eod. tit.

XI.

Ad eo ut neq; querelæ inofficiosi locus sit, *a* neq; Iulianiani constitutioni, *b* licet humanior sit contraria sententia.

a l. fin. C. de inoff. test. iunct. l. 10. ff. de castrensi pec. b in Nouell. ut cum d. appell. cog. §. aliud quoq; capitulum. c. propter rationem quam subycit Iustin. in de Nouell. §. hæc autem dispositum.

XII.

In legatis & fideicommissis tam vniuersalibus quàm singularibus, restamento militis relictis L. Falcid. & S. C. Treb. locum non habere certi iuris est. Contra in pagano.

a l. in testamento 12. c. h. 2. l. si certarum 17. in fin. ff. h. 2. l. denig. 18. & l. Marcellus §. quod autem ff. S. C. Treb. b

XIII.

Quinetiam miles pupillariter substituere potest, licet sibi testamentum non faciat, *a* cum etiam abiq; aditione hæreditatis suæ pupillares tabulæ subsistant, cõtra in pagano. *b*

a l. in fraudem 16. §. item tam sibi, & l. miles ita 42. ff. h. 2. b d. l. miles ita in §. l. 2. ff. de vulg. & pupill.

XIV. Ne-

XIV.

NEQVE dubiũ est, quin & Codicillis directò à milite hæreditas relinqui possit. *a* Contra in pagano. *b*

a l. militis 37. ff. h. 2. b §. pen. instit. de Codicill.

XV.

ITAVE ex supra dictis apertè liquet, si de voluntate militis quavis ratione constet, testamentum esse validum, modo tamen voluntatem suam non quouis sermonis genere expresserit: si n. Vg. vnus alteri inter cætera dixerit: *Bona mea tibi relinquo*, non cõtingò testamentum est, nisi id consulto & deliberato animo prolatum sit, Neq; n. vllorũ magis interest, quam militum huiusmodi exemplũ pro testamento non admitti. *§ plane instit. h. 2. l. diu. 24. ff. eod.*

XVI.

QVÆRITVR hic, V. ad probandam testatoris voluntatẽ, testes aliqui, saltem duo sint necessarii? Nos, si alias de voluntate constare possit, testium probationem, tanquam essentialẽ quid, minime necessariam censemus.

arg. l. militis 15. c. h. 2. Vgl. in §. plane n. 5. instit. hoc tit.

XVII.

Verum & militis personam consideremus. Et quidem omnibus qui in castris versantur & in expeditione occupati sunt, iure militiæ testari permissum est.

l. pen. C. hoc tit.

XVIII.

NEQVE hac in re differentia vlla constituenda est, modo hi serui non sint, qui cum militare prohibentur, etiã ab hac testandi facultate excluduntur, *a* aut pupilli, quia imperfectum eorum est iudicium. *b*

a l. ab omni 11. ff. de re milit. l. facere. 10. ff. h. 2. b l. fin. C. eod. tit. iuncto §. præterea instit. quibus non est permiss.

XIX.

ITA vt neq; inter sit testator filiusfã, vel paterfã miles sit. *§. illis autem instit. h. 2.*

13

XX. Nam

NAM & Mutus & Surdus, a miles, modo hoc vitium naturaliter non contraxerit, & literarum non ignarus sit, b ex singulari militum iure testamentum facere quouis modo potest. a §. plane instit. hoc tit. & l. 4. ff. eod. b l. discreti C. qui test. fac. poss.

XXI.

SICUT ETIAM is qui ob delictum militare capite damnatus est, aut qui de statu suo dubitat. b

a l. ex militari. 9. ff. h. t. & l. si quis 6. §. irritum ff. de iniusto raptorum testat. de l. ex militari. §. si miles.

XXII.

PORRO is qui equestri militia exornatus & in comitatu principum retentus, cingi confestim iustus est, iure militiae recte testatur.

l. filius fam. pen. ff. h. t. adde glo. in d. l. pen. arg. l. si quis cum 8 ff. pro emptore.

XXIII.

DENIQUE omnes omnino, qui eius gradus sunt, ut iure militiae testari non possint, si tamen in hostili loco deprehendantur, & illuc decedant, quo modo volunt, & quo modo possunt, testamentum facere valent.

l. fin. ff. h. t.

XXIV.

Hoc autem singulari iure testandi, Limenarchae, Limitanei, stationarii milites, a Item Scriniarii gaudere non possunt. b

a l. 4. ff. de fugit. Vigl. in §. 1. num. 3. instit. h. t. Gail. l. 2. obscur. 18. num. 13. b scriniarios, 16. c. h. t. vnde l. 1. ff. de iur. iur. ex testat. militum.

XXV.

SOLIS enim militibus in expeditionibus occupatis, aut qui alias hostili solo continentur, hoc privilegium conceditur. Tir. instit. circa princ. de milit. test. & l. pen. C. eod. iuncta thes. 23.

XXVI.

SI tamen militia miles missus fuerit, non statim ob-

nitam

nitam militiam, vires testamenti, in expeditione conditi deficiunt, sed per subsequentem annum in suo robore subsistit.

l. quod dicitur. 38. ff. h. t.

XXVII.

VERVM hoc annuum beneficium, ad eos tantum milites pertinet, qui mitti solent: Secundum quod neque praefecti, neque tribuni militum, aut alij qui successores acceptis militare desinunt, hoc privilegium non habent;

l. quod constitutum. 21. ff. h. t.

XXVIII.

NEQUE ETIAM ad eos spectat, qui ignominiae causa militia mittuntur, horum enim testamenta statim iure militari valere desinunt.

l. testamenta. 27. ff. h. t.

XXIX.

CETERVM ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est: ante non proinde qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tyrones sint, & publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt, testari possunt, debent enim in numeros referri.

l. ex eo. 42. ff. h. t.

XXX.

ATQUE haec non minus ad quaestionem pertinent, qua controuertitur. V. Clericus qui debito tempore rebus ditinis non vacat, & pensum quotidianarum precum non persoluit, debeat gaudere fructibus beneficii? Quod non respondemus. Beneficium namque datur propter officium, non propter ocium.

arg. l. generaliter 40. C. de Episc. & Cler. c. fin. de rescript. in 6. c. si canonici 2. §. scituri de offic. iud. ord. in 6. Gail. lib. 2. obscur. 18. num. 11 de quo latius Panorm. in c. 1. de celebrat. missam.

POSTREMÒ illud minus in testamento militis est, quod mulieri, in quam turpis suspicio cadit, non possit testamento suo quicquam relinquere, a quemadmodum nec donare; b Cum hæc possit paganus, c.

a l. miles ita 42. §. mulier ff. h. i. cum l. mulierem ff. de hi quibus ut indignum b l. 2. C. de donat inter vir. & uxor. c. l. affectionis ff. de donat. l. fratres C. de inoff. testamen. adde gloss. & Barr. ad d. §. mulies.



Possunt hæc theses imprimi, & ad disputandum proponi, ita censeo,

*MICHAEL EISELIN, The-
ologici Collegij hoc tempore
Decanus.*